

N. H. 228

10 Leichenpredigten

unter den eingetragenen Namen
aufgenommen

NR 227(3)

BALHÆ DOCTOR
SCIENTIARUM

PRO-RECTOR
UNIVERSITATIS ARGENTORATENSIS
BALTASAR BEBELIUS, S. THEOLOGIÆ DOCTOR
EIVSDEMQUE PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS, ET ECCLESIASTES:

Εὐδαιμόνιαν omnibus apprecatur!



Volentâ morte peremptorum, maxime eorum, qui illustres olim extiterunt, curam, etiam post obitum, non solum ab hominibus honestis haberi, sed etiam jussu divino habendam esse, imò ab ipso DEO haberi, ex ipsius nobis revelato verbo hinc inde edocemur. Nam, ut ex multis exemplis unum tantum, vel alterum in medium proferamus, cum *Abner*, supremus militiæ Israeliticæ dux, per insidias periisset, David, Judæorum Rex, acerbe eum luxit, & ut alii lugerent, serio præcepit, *scindite, inquiens, vestimenta vestra, & accingamini saccis, & plangite ante exequias Abner.* 1. Sam. III. 31. *Amasam*, alium illustrem ducem, cum à Joabo cæsus in via publica jaceret, erat ex populo, qui è medio moveret, & in agro, vestibus coopertum, collocaret, ne prætereuntes oculos animosque in sese porro converteret, & insequentes moraretur, i. e. bonum publicum impediret. 2. Sam. XX. 12. *Josias* quoque, Judæorum Rex, cum in pugna adversus *Aegyptios* vitam amisisset, etiam publicum luctum meruit. Nam, ut facer codex habet, *mortuus est Josias, & universus Israel, & universus Juda, & Hierusalem luxerunt eum. Hieremias maxime, cujus omnes cantores, & cantatrices lamentationem suam super Josiam replicabant; & quasi lex obtinuit in Israël. Ecce scriptum fertur in lamentationibus.* 2. Paral. XXXV. 25. Hoc agebant homines, ratione ipsa naturali impulsu, & à verbo divino jussi. Nam Deus ipse eam ipsorum curam geri voluit,

& gessit ipse, quandoquidem leges dedit, quæ circa occisos observarentur. Nam si quis forte occisus ruri inveniretur, & auctor cædis nesciretur, jussit Deus, ut Seniores judicesque loci distantiam urbium circumjacentium metirentur; quæque vicinior erat ejus seniores juvenculæ, jugi experti, collum in loco arenoso amputarent, junctisque sibi Sacerdotibus & Levitis manus super occisum lavarent, protestarenturque, quod neque ipsi sanguinem istum fudissent, neque etiam scirent, quis alius fudisset. Deut. XXI. 1. seqq. Quo ritu Deus indicare voluit, quod Magistratus politicus sanguinem innocentem ulcisci deberet, & facere quantum in sese est, ut ejus culpa à sese suisque averuncaretur. Si autem in propatulo & confesso erat, quis cædem commisisset, parata erat lex divina, ut quisquis hominis sanguinem fudisset, pœnas capitis daret, eo quod homo, quem occidit, creatus esset ad imaginem Dei, & quasi aliquo charactere, ne cæderetur, notatus. Gen. IX. 6. Neque tutum præstabat talem ipse licet sacer locus; Ita enim Deus iterum sanxit: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo avelles eum, ut moriatur.* Exod. XXI. 2. seqq. Luculentum exemplum præbet Joab; postquam enim salutis obtinendæ causâ ad aram confugisset, jussu Salomonis regis est occisus, eo quod de industria & per insidias duos egregios viros, Abnerem & Amasam, olim interfecisset. 1. Reg. II. 5. 29. seqq. Dico autem: de industria & per insidias; Nam æquitas divina hic quoque vigilavit, ne vel inultus maneret occisus, vel occidens severius æquo puniretur; quo sine sex civitates cis & ultra Jordanem dedit, ad quas velut ad asyla confugeret qui præter suam opinionem, & justam teli mensuram alteri vitam abstulisset. Apponamus quædam ea verba, à Mose descripta: *si quis, ille scribit, ferro (proximum) percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus (ille) erit homicidii, & ipse morietur: si lapidem (quo interfici aliquis posse) jecerit, & ictus occubuerit, similiter punietur. Si ligno, quo interfici quis posset, percussus fuerit, percussor sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet; si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias, & mortuus fuerit, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit, cognatus occisi statim, ut invenerit eum, jugulabit. Quod si fortuito, & absque odio, & inimicitiiis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis questio ventilata, liberabitur innocens de ultoris manu, & reducetur per sententiam in urbem ad quam confugerit.* Adde reliqua in eandem sententiam Num. XXXV. 11. seqq. Nam hæc sufficiunt, ut appareat, accurate distinguendum esse inter casus, studione, & per industriam, an vero præter opinionem; cum telo ne lethifero, an innocuo, id perpetratum fuerit: & juxta hanc diversitatem etiam judicia instituenda esse. Accidit autem aliquando, ob rationes aliquas politicas, & humanas, ut judici integrum non sit facere, quod Deus jubet, & species facti meretur, certe non evestigio, ut contigit, cum Joabus Abnerem interfecisset. Neque enim David ad meritum ipsum supplicium statim rapuit, eo quod Joabus potentior esset, quam ut durius aliquid in ipsum statueretur, & utilior, quam ut res publica ipso carere posse crederetur, David forte & tentare voluit, num Joabus ad se redire, vitamque suam emendare veller, etsi ea spe fuerit falsus; Nam repetiit ille facinus, forte ex spe impunitatis, & alterum illustrem virum interfecit, quod non potuisset, si ob priorem cædem debitas pœnas luisset. Neque tamen evasit. Tandem enim, cum adversus regem Salomonem cum Adonia fecisset, Salomon, ex mandato parentis secreto, ipsum meritis pœnas dare coëgit. Sic impletum est, quod David ei imprecatus erat: *Retribuatur Dominus facienti malum iuxta malitiam suam.* 2. Sam. III. ult. Et ô felicem! qui hominibus pœnas perfolverit, infelicem contra, qui Deo plectendus reservatur! Nam horrendum est in manu Domini incidere! Ebr. X. 32. Possent hæc dictis & exemplis cum ex antiquitate, tum ex interpretibus, etiam recentioribus, in quibus inter alios totus in eo est Johannes Hieronymus Sopranus, in secunda digressione sui Davidis de ritibus Hebræorum in funere, declarari, nisi properandum esset ad eum, qui nobis occasione tritiss huius materie ventilandæ suppeditavit: Is vero est, heu quondam! Generosus & perquam strenuus DN. DN. BENEDICTUS CAROLUS de Wallmoden / utpote violenta cade nuper præter opinionem & meritum interemptus. Quod indignum ipsius fatum, si ita loqui liceat, priusquam pluribus exequamur, consultum erit, aliquid de Illustribus ipsius natalibus, familiæque, egregiis studiis, & præclaris virtutibus, aliisque laudandis referre, ut quantum ille fuerit, quantumque cum ipso ceciderit, dilucidius pateat. Natus autem est ille sub diocesi Electorali Colonienfi, nempe sub Episcopatu Hildesiano, anno nati Christi M DC LXV. die 15. Julii, justoque tempore per sacrum Baptismum Ecclesiæ Dei insinuatus, in Filium DEI adoptatus, & hæres vitæ æternæ scriptus est: *Patre* Illustri & Generosissimo DN. DN. HENRICO de Wallmoden / in Electoratu Colonienfi Consiliario Capitulari, & Præfecto de rebus provincialibus in Episcopatu Hildesensi, (Land und Schaß Nath) Hæreditario in Wallmoden / Heinde, & Hoen-Rode, *Matre* vero itidem Generosissima DN. DN. GERTRUDE von Alten; nunc tristissima vidua; ex latere Dn. Parentis avum habuit Generosissimum DN. DN. THEDEL BURCKARDUM de Wallmoden / Ducum Brunsvvicensis & Lüneburgensis Capitaneum, Hæreditarium de Wallmoden / Heinde & Hoenrode: ex latere vero Matris Generosissimum Dn. Dn. von Alten / Hæreditarium in majore Goltzen, *Aviam* autem ex linea paterna natus est Generosissimum Dn. Dn. GERTRUDE de Wallmoden / nam von Cram; ex materna autem Generosissimam quondam Dn. Dn. ANNAM MARGARETHAM von Alten / nam von Cram; ex linea vero Matris Generosissimam Dn. Dn. GEORGIUM von Alten; *Proavia* vero à Parente ascendendo fuit Generosissima Dn. Dn. SOPHIA von Wallmoden / nata von Kössingen: à Matre vero surgendo fuit Generosissima Dn. Dn. MAGDALENA nata de & in Alten. *Abavum* ex stirpe Parentis agnovit Generosissimum Dn. Dn. LUDOLPHUM von Wallmoden; ex Matre vero profapia Generosissimum Dn. Dn. ERNESTUM von Alten / filium fuerat Serenissimum Principum Brunsvvicensis & Lüneburgensis Consiliarium, Præfectus in Blaumenau / zu Grotzen Goltzen und Dünnau Hæreditarius. *Abaviam* autem ex parte Patris Generosissimam Dn. Dn. MARGARETHAM de Wallmoden / nam von Cram; Ex parte Matris autem Generosissimam Dn. Dn. CAT HARINAM von Hoken; Generosissimi quondam & Perquam strenui Dn. Dn. GEORGI von Hoken / Ducis Militaris, Dn. & Dynastæ in Himmelreich / etiam Hæreditarii in Marca & Lubeken, Filia; Plures addere majores non attinet, cum etiam notum & certissimum sit, quod antiquissima hæc familia à bellicosissima Macedonum gente descendat, & Græcæ se originis esse vel nomine Thedel, Θεόδωρος, contestetur. Ex illustri hac radice cum prodierit noster BENEDICTUS CAROLUS, Generosissimus Dn. Dn. Parentes merito operam dederunt, ut postquam non nihil adolevisset, itis etiam *Virtutibus*, quæ talem tantamque propaginem ornarent, imbueretur. Nam ipsi compararunt & adjunxerunt eos Informatores, qui eximia ipsam varia docerent; neque spes ipsos fessellit. Nam sub horum disciplina adeo profecit, pietate, literis, & moribus, ut vix tredecim annos natus jam linguæ Latinæ loquendæ potens esse, & classicum aliquem auctorem non solum dextre interpretaretur, sed necessaria etiam eleganter eloqueretur scriberetque. Hinc inducta est Generosissima Mater (Nam Parens jam vita defunctus erat) ut Anno M DC LXXIX. adulto vere illum suum charissimum Filium Hildesiam mitteret, & curæ informationique Viri plurimum Reverendi atque Clarissimi, Dn. M. Iohannis Albrechti, Pastoris ad D. Pauli Hildesensis, Fautoris, Amici, & in Christo Fratris nostri plurimum colendi committeret; apud quem fidum hodogetam suum integrum biennium degit, Convictor gratissimus, & discipulus diligentissimus, tantumque interea profecit in lingua Latina, disciplina Arithmetica, Geometria, Geographia, Historia Universalis, Logica, Rhetorica, Ethica; ex parte etiam in compendio Theologiæ, & potiorum controversiarum, ut absoluto illo biennio, & habito examine, præsentibus Generosissima Matre, Dn. D. Iohanne Valentino Bullenio, suo curatore (singulari nostræ Universitatis Fautore) & Illustri alicuius Consiliarii, insignem laudem reportavit, idoneusque habitus est, qui in Aademiam aliquam ablegaretur. Præsertim autem est reliquis nostras Argentoratensis, cum ex commendatione Patronorum, tum ex fama, quod Studiois ipsius liceat tuto in ipsa vivere, & studiis tranquille incubare. Quare Anno M DC LXXXI. sub Inspectione Ephori, Viri Nobilissimi atque Clarissimi Dn. Andreae Davidi Iohannis, J. U. Candidati, Fautoris nostri singularis, sui ab ineunte ætate, Generosissimorum Parentum, & aliorum omnium consentiente approbatione, informatoris diligentissimi, etiam post obitum usque fidelissimi, in hanc nostram Universitatem concessit, in eaque quod alibi præclare cœperat Studiose profecutus est. Nam huius nostræ Academiæ Excellentissimum Dn. Professorum informationem evestigio ambiit, & obtinuit ex voto: Nemp Dn. Iulii Reichelti, Mathematicæ Professoris publici celeberrimi, Fautoris, Amici atque collegæ nostri plurimum colendi; Nam ex hoc didicit Geographiam & Architecturam militarem, postquam ipsius Scholam privatam frequentasset. In Philosophia practica audivit Virum plurimum Reverendum atque Excellentissimum, Dn. Iohannem Ioschimum Zentgrafium, Philosophiæ istius P. P. itidem famigeratissimum nostrumque; Fautorem & Amicum; Cuiusetiam in ædibus ultimo vitæ suæ Academiæ anno Musæum suum habuit; Hujus adit collegia cum Ethica, tum politica, in quibus D. Hornei Ethica, & Clasenii Politica, qua explicando, qua disputando ventilabantur; neque his contentus etiam juris naturalis penetralia adiit, Nam & in hoc Studiorum genere collegium aliquod visitavit, nempe in Guilielmi Grotii *Enchiridion de principiis iurii naturalis*; Et in Hugonis Grotii *de iure pacis & belli*; indeque pro egregio suo ingenio didicit, quæ ipsi & aliis aliquando insigniter prodesse. Sed & studio Juris sese dedit, natus fidum Præceptorem Consult. Dn. Fridericum Schragium J. U. D. & Pandectarum Professore nominatissimum, Fautorem Amicum, & Compatriem nostrum observandum, suum vero hospitem benignissimum. Accessit clarissimi Ephori singularis fides, & industria. Nam cum ipso Rhetorica Aristotelis studiose excoluit, & quotidie aliquod acroama sive in Latina, sive in Germanica lingua ex Sleidani historia de statu religionis juxta hypotheses Oratorias Schraderi elaboravit; cumque Dn. Ephorus alio discederet (postquam ante Academiam etiam Basiliensem cum ipso adiiisset,) frequentavit scholas Excellentissimi Dn. Iohannis Ioschimi Bockenbussieri, J. U. D. & Eloquentiæ Professoris publici, *viri in ætate*, ut sub eius elimatione in hoc studiorum genere indices perficeretur. Etiam historicum studium curæ cordique habuit. Nam universali historiæ, quam jam antea imberberat, junxit etiam specialem, nominatim Francicam, & Turcicam, in cuius lectione frequens versabatur. Operam etiam Gallicæ linguæ addiscendæ dedit, & sub manu ductione alicuius fidelis Præceptoris, adeo feliciter, ut non solum intelligere aliquem ejus idiomatis auctorem, sed etiam sensa animi loquendo exprimere promptè posset. Ornamentum accesserunt exercitia equestris, nempe tractare equos, versare arma, eleganter venustum corpus movere & ad numeros fidum componere, adeo scite, ut vel ipsi studii istius Magistris ipsum laudarent; nec non Musica, cuius singulari amore, & studio tenebatur; Quia autem quod Apostolus ait, *σπουδαίως σπουδαίως πρὸς ἀλλήλους ἐπιφύλακτος corporalis exercitatio ad pauca utilis est, ἢ δὲ ἰσθμίου πρὸς πάντα ἀφαιρούμεν ἑσθλῶς, ἡ ἀσπασίας ἕνεκα ζωῆς ἡσθητικῆς καὶ πνευματικῆς.* Præsertim vero ad omnia utilis sit, *promissionem habens vite huius & future;* 1. Tim. IV. 8. ideoque virtutis studium sibi habuit ante omnia commendatissimum: Inprimis pietatem, quæ fundus & fundamentum omnium reliquarum virtutum; cum qua conjuncti singularem modestiam, humanitatem, sobrietatem, castitatem, probitatem, & quas porro laudamus virtutes, eas omnes serio dilexit, & ex animo profecutus est; & licet animus fortis, & imperterritus ipsi non defuerit, attamen cum omnibus, etiam se inferioribus, conversatus est pacifice, modeste, & humaniter, nec studio quenquam offendit. Det Deus Academiæ nostræ plures tales imprimis ex nobilitate generis etiam virtutis coronam conjungant. Exiguum vero ejus fructum ille tandem coram mundo tulit (ut ad finem properemus); Nam cum lapsus anno 1683. die 6. Nov. St. N. sub vesperam hora quarta, peractis suis negociis, sobrius & nihil mali cogitans (postquam eo ipso die, ænam sequenti die fundam fecum cogitasset, sed alio impedimento prohibitus in sequentem septimanam distulisset) domum repetere velle obvius habuit quosdam sibi alias haud ignotos, videbaturque primum res ex joco agi, sed mox apparuit, quod à verbis ad arma venirent; Nam stridit ensibus res agebatur, donec Wallmoden noster periculo sese subducitur accepto in collo vulneretur, quod ad pulmonem usque penetravit, tandem sternuerit, & cum morte luctari inciperet. Nam sanguis in eavam sinistra lateris partem copiose sese effundebat, & spiritum intercludebat: Superveniebat autem quidam meorum pius & honestus Studiosus, qui moribundum & gemebundum conspicatus, exclamavit agonisanti verba: *Domine Iesu! Sibi tibi, tibi & morior. &c. Herr Jesu dir leb ich, dir sterb ich, dein bin ich todt! und lebendig;* in quæ verba beate expiravit. Quæ matris facies fuerit cum primam interempti Filii nuntium accepisset, verbis exprimi æque non potest, ac Timanthes potuit pingere faciem parentis, cum Iphigenia faret ad aram jamjam immolanda paxit ille velum ante patris vultum, quod crederet ejus sese dolorem & tristitiam coloribus exprimere non posse; vid Plin. XXXV. c. 9. Opus est etiam Nostræ Matri velo; Nam & illi ipsius erant affectus materni, qui verbis describi non poterunt, quare silentii spatio tegamus. Dicat illi Deus, quod Christus matri Nainiticæ, cum filium elatum ferret, *mulier, ne fleas!* Luc. VII. 13. Medici illico evocati vulnus inspexerunt sollicitè, & fideliter ad Magistratum de eodem retulerunt. Inquisitionem quis cædem fecerit, pœnamque promeritam Incolto nos Magistratui nostro committimus, qui hæcenus in utroque faciendo occupatus est & fu. t. Deus ne impuret ad sui exitium auctori, quisquis fuerit, quod fiet, si scelus serio ad animum revocaverit, Deumque deprecatus, rogaverit, ut ne suavissimam nostram Argentinam ejus sanguinis pœnas comminatus est, & eo gravius, quo callidius hominum manus effugimus, aut tardius ille pœnam irrogat. Averte, justissime & sanctissime Deus, omnem ab Universitate nostra sinistram famam, & opinionem, ne fructus nostrorum laborum interceptiatur. Neque permitte, ut qui studiis dediti non sunt, graves sint iis qui una nobiscum literis operam dant, ne quod reliquum est boni, omnino auferatur. Effertur suus splendida pompa, ut voluit pietissima mater cum suis, futuro die 3. Februarii, hora postmeridie. 1. ex ædibus sum Spiegel / & inferretur in ædem D. Thomæ, ubi corpus illustre tenet in secretis ibi, & quiescat, donec Deus aliquando dixerit, *Dico Tibi: juvenis surge!* Luc. VII. 14. Adesse igitur Civis Academiæ! Id vero ut & nobis aliquando elementer dicat, devotè precamur! Scribam Argentorati Anno M DC LXXXIV. die 1. Februarii St. N.

Excudebat JOSIAS STÆDEL Junior, Academia Typographus.

BALTAZAR DE BARRA
MEDICUS
PHYSICUS
ET
DOCTOR

Ben. Gio. de Melloni

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the paper.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the paper.




Ben. Car. de Wallmoden

BALTAZAR







AUER
2



PRO-RECTOR
UNIVERSITATIS ARGENTORATENSIS
BALTASAR BEBELIUS, S. THEOLOGICÆ DOCTOR
EIVSDEMQUE PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS, ET ECCLESIASTES:

Εὐδωκίαν omnibus apprecatur!



Volentem morte peremptorum, maxime eorum, qui illustres olim extiterunt, curam, etiam post obitum, non solum ab hominibus honestis haberi, sed etiam jussu divino habendam esse, imò ab ipso DEO haberi, ex ipsius nobis revelato verbo hinc inde edocemur. Nam, ut ex multis exemplis unum tantum, vel alterum in medium proferamus, cum Abner, supremus militiae Israeliticæ dux, per insidias periisset, David, Judæorum Rex, acerbè eum luxit, & ut alii lugerent, serio præcepit, scindite, inquit, vestimenta vestra, & accingamini faccis, & plangite ante exequias Abner. 1. Sam. III. 31. Amasam, alium illustrem ducem, cum à Joabo cæsus in via publica jaceret, erat ex populo, qui è medio moveret, & in agro, vestibus coopertum, collocaret, ne prætereuntes oculos animosque in sese porro converteret, & infrequentes moraretur, i. e. bonum publicum impediret, 2. Sam. XX. 12. Josias quoque, Judæorum Rex, cum in pugna adversus Ægyptios vitam amisisset, etiam publicum luctum meruit. Nam, ut facer codex habet, mortuus est Josias, & universus Israel, & universus Juda, & Hierusalem luxerunt eum. Hieremias maxime, cujus omnes cantores, & cantatrices lamentationem suam super Josiam replicabant; & quasi lex obtinuit in Israël. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. 2. Paral. XXXV. 25. Hoc agebant homines, ratione ipsa naturali impulsus, & à verbo divino jussi. Nam Deus ipse eam ipsorum curam geri voluit, & gessit ipse, quandoquidem leges dedit, quæ circa occisos observarentur. Nam si quos forte occisus ruri inveniretur, & auctor cædis nesciretur, jussit Deus, ut Seniores judicesque loci distantiam urbium circumjectarum metirentur; quæque vicinior erat ejus seniores juvenulæ, jugi experti, collum in loco arenoso amputarent, junctisque sibi Sacerdotibus & Levitis manus super occisa lavarent, protestarenturque, quod neque ipsi sanguinem istum fudissent, neque etiam scirent, quis alius fudisset. Dent. XXI. 1. seqq. Quo ritu Deus indicare voluit, quod Magistratus politicus sanguinem innocentem ulcisci deberet, & facere quantum in sese est, ut ejus culpa à sese suisque averuncaretur. Si autem in propatulo & confesso erat, quis cædem commisisset, hominis sanguinem fudisset, pœnas capitis daret, eo quod homo, quem occidit, creatus esset ad imaginem Dei, & quasi aliquo charactere, ne cæderetur, stabat talem ipse licet sacer locus; Ita enim Deus iterum sanxit: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo avelles eum, ut exemplum præbet Joabus; postquam enim salutis obtinendæ causâ ad aram confugisset, jussu Salomonis regis est occisus, eo quod de industria rem & Amasam, olim interfecisset. 1. Reg. II. 5. 29. seqq. Dico autem: de industria & per insidias; Nam æquitas divina hic quoque vigilavit, ne vel verius æquo puniretur; quo sine sex civitates cis & ultra Jordanem dedit, ad quas velut ad asyla confugeret qui præter suam opinionem, & justam Apponamus quædam ea verba, à Mose descripta: si quis, ille scribit, ferro (proximum) percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus (ille) erit quo interfici aliquis possit) jecerit, & ictus occubuerit, similiter punietur. Si ligno, quo interfici quis posset, percussus fuerit, percussoris sanguine vindicabitur. Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias, & mortuus fuerit, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, occisi statim, ut invenerit eum, jugulabit. Quod si fortuito, & absque odio, & inimicitis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, quinis questio ventilata, liberabitur innocens de ultoris manu, & reducet per sententiam in urbem ad quam confugerit. Adde reliqua in eandem sententia, ut appareat, accurate distinguendum esse inter casus, studione, & per industriam, an vero præter opinionem; cum telo ne lethifero, an innocuo, veritatem etiam judicia instituenda esse. Accidit autem aliquid, ob rationes aliquas politicas, & humanas, ut judici integrum non sit facere, quod non evestigio, ut contingit, cum Joabus Abnerem interfecisset. Neque enim David ad mortuum ipsum supplicium, statim rapuit, eo quod Joabus potius ipsum statueretur, & utilior, quam ut respublica ipso carere posse crederetur, David forte & tentare voluit, num Joabus ad se redire, vitamque suam Nam repetit ille facinus, forte ex spe impunitatis, & alterum illustrem virum interfecit, quod non potuisset, si ob priorem cædem debitas pœnas luisset. adversus regem Salomonem cum Adonia fecisset, Salomon, ex mandato patris secreto, ipsum meritis pœnas dare coëgit. Sic impletur est, quod David ei valum iuxta malitiam suam 2. Sam. III. ult. Et ô felicem! qui hominibus pœnas persolverit, infelicem contra, qui Deo plectendus reservatur! Nam horrendum est hæc dictis & exemplis cum ex antiquitate, tum ex interpretibus, etiam recentioribus, in quibus inter alios totus in eo est Johannes Hieronymus Sopranes; in braorum in funere, declarari, nisi properandum esset ad eum, qui nobis occasionem tristis huius materiæ ventilandæ suppeditavit: Is vero est, heu quondam!

not ut & p inu tel hon Pr rit atq tia id De ter em Ne im in sec Ge si fue ju in itic Du Av Ma Ge Dn R Pl co qu ad ga & ap ph Dn Pr M al pl c a

19	Black	
18	3/Color	
17	White	
16	Magenta	
15	Red	
14	Yellow	
13	Green	
12	Cyan	
11	Blue	

Benedictus Carolus de Wallmoden / utpote violenta cæde nuper præter opinionem & meritum interemptus, quod indignum ipsius fatum, quamur, consultum erit, aliquid de illustribus ipsius natalibus, familiæque, egregis studiis, & præclaris virtutibus, aliisque laudandis referre, ut quantus ille dilucidius pateat. Natus autem est ille sub diocesi Electorali Colonienſi, nempe sub Episcopatu Hildesiano, anno nati Christi M DC LXV. die 15. Julii, Ecclesiæ Dei insinuatus; in Filium DEL adoptatus, & hæres vitæ æternæ scriptus est: Patre Illustri & Generosissimo DN. DN. HENRICO de Wallmoden / tulari, & Præfecto de redditibus provincialibus in Episcopatu Hildesienſi, (Land und Schaß Nath) Hæreditario in Wallmoden / Heinde, & Hoen-Rode, Matre vero UDE von Alſten; nunc tristissima vidua; Ex latere Dn. Parentis avum habuit Generosissimum DN. DN. THEDEL BURCKARDUM de Wallmoden / Capitanem, Hæreditarium de Wallmoden / Heinde & Hoenrode: ex latere vero Matris Generosissimum Dn. Dn. von Alſten / Hæreditarium in majore Goltſtern, Generosissimum Dn. Dn. GERTRUDEM de Wallmoden / natam von Cram; ex materna autem Generosissimam quondam Dn. Dn. ANNAM MARGARETHAM de Wallmoden / natam von Cram; ex parte Matris Generosissimam Dn. Dn. SOPHIA von Wallmoden / nata von Nöſſingen: à Matre vero surgendo fuit nata de & in Alſten. Abavum ex stirpe Parentis agnovit Generosissimum Dn. Dn. LUDOLPHUM von Wallmoden; ex Matris vero prosapia Generosissimum Dn. Dn. CUNRADI, qui olim fuerat Serenissimorum Principum Brunſvicenſis & Luneburgenſis Conſiliarius, Præfectus in Blaumenau / zu Groſſen Goltſtern und parte Patris Generosissimam Dn. Dn. MARGARETHAM de Wallmoden / natam von Cram; Ex parte Matris autem Generosissimam Dn. Dn. CATHA- rindam & Perquam Strenui Dn. Dn. GEORGII von Hoſſen / Ducis Militaris, Dn. & Dynaſtæ in Himmelreich / etiam Hæreditarii in Marca & Lubeken, Filia; m notum & certissimum sit, quod antiquissima hæc familia à bellicosissima Macedonum gente descendat, & Græcæ se originis esse vel nomine Thedel, Θεόδωλος, trodiſſet noſter BENEDICTUS CAROLUS, Generosissimus Dn. Parentes merito operam dederunt, ut postquam nonnihil adoleviſſet iis etiam Virtutibus, nti, imbueretur. Nam Ipsi compararunt & adjunxerunt eos Informatores, qui eximia ipsum varia docerent; neque spes ipsos fefellit. Nam sub horum disciplina, ut vix tredecim annos natus jam linguæ Latinæ loquendæ potens esse, & classicum aliquem auctorem non solum dextre interpretaretur, sed necessaria etiam ele- nducta est Generosissima Mater (Nam Parens jam vita defunctus erat) ut Anno M DC LXXIX. adulto vere illum suum charissimum Filium Hildesiam mitteret, reverendi atque Clarissimi Dn. M. Iohannis Albrechti, Pastoris ad D. Pauli Hildesienſis, Fautoris, Amici, & in Christo Fratris nostri plurimum colendi committeret; um biennium degit, Convictor gratissimus, & discipulus diligentissimus, tantumque interea profecit in lingua Latina, disciplina Arithmetica, Geometria, Geogra- ca, Ethica; ex parte etiam in compendio Theologiæ, & potiorum controversiarum, ut absoluto illo biennio, & habito examine, præsentibus Generosissima Matre, e (singulari noſtræ Universitatis Fautore) & Illustris alicuius Conſiliarii, insignem laudem reportavit, idoneusque habitus est, qui in Aademiam aliquam ablegaretur. oratenſis, cum ex commendatione Patronorum, tum ex fama, quod Studioſus ipſus liceat tute in ipsa vivere, & studiis tranquille incubare. Quare Anno i, Viri Nobilissimi atque Clarissimi Dn. Andrea Davidis Iohannis, J. U. Candidati, Fautoris nostri singularis, sui ab ineunte ætate, Generosissimorum Parentum, & onione, informatoris diligentissimi, etiam post obitum uſque fidelissimi, in hanc noſtram Universitatem conceſſit, in eaque quod alibi præclare cœperat Studioſe demia Excellentissimorum Dn. Professorum informationem evestigio ambiit, & obtinuit ex voto: Nempe Dn. Iulii Reichelti, Mathematicum Professoris publici nostri plurimum colendi; Nam ex hoc didicit Geographiam & Architecturam militarem, postquam ipſus Scholam privatam frequentasset, In Philosophia prædica tq; Excellentissimum, Dn. Iohannem Ioachimum Zentravium, Philosophia istius P. P. itidem famigeratissimum noſtrumq; Fautorem & Amicum; Cuiusetiam in ædibus ultimo vitæ suæ Academicæ anno Musæum suum habuit; Huius adit collegia cum Ethica, tum politica, in quibus D. Horne Ethica, & Claffen Politica, qua disputando ventilabantur; neque his contentus etiam juris naturalis penetralia adit, Nam & in hoc Studiorum genere collegium aliquod visitavit, nempe in Guilielmi Grotii Enchiridion de principis iuris naturalis; Et in Hugonis Grotii de iure pacis & belli, indeque pro egregio suo ingenio didicit, quæ ipsi & aliis aliquando insigniter prodesſent. Sed & studio Juris sese dedit, nactus fidum Præceptorem Consult. Dn. Fridericum Schragium J. U. D. & Pandectarum Professore nominatissimum, Fautorem, Amicum, & Compatriem noſtrum observandum, suum vero hospitem benignissimum. Accessit clarissimi Ephori singularis fides, & industria. Nam cum ipſo Rhetorica Aristotelis studioſe excoluit, & quotidie aliquod ætream sive in Latina, sive in Germanica lingua ex Sleidani historia de statu religionis iuxta hypotheses Oratorias Schraderi elaboravit; cumque Dn. Ephorus alio discederet (postquam ante Academiam etiam Basiliensem cum ipso adiiſſet), frequentavit Scholas Excellentissimi Dn. Iohannis Ioachimi Bockenhofferi, J. U. D. & Elo- quentiæ Professoris publici, vñ in ætate, ut sub eius elimatione in hoc studiorum genere indies perſiceretur. Etiam historicum studium curæ cordique habuit. Nam universali historiæ, quam jam antea imbiberat, junxit etiam speciale, nominatim Francicam, & Turcicam, in cuius lectione frequens versabatur. Operam etiam Gallicæ linguæ addiscendæ dedit, & sub manu ductione alicuius fidelis Præceptoris, adeo feliciter, ut non solum intelligere aliquem ejus idiomatis auctorem, sed etiam sententiâ loquendo exprimere promptè posset. Operamentum accesserunt exercitia equestria, nempe tractare equos, verfare arma, eleganter venustum corpus movere & ad numeros fidum componere, adeo scite, ut vel ipsi studii istius Magistri ipſum laudarent: nec non Musica, cujus singulari amore, & studio tenebatur; Quia autem, quod Apostolus ait, σωματικὴ γυμνασία πρὸς ἄλλοιο ἐπιφύλιμος κορρα- λīs exercitatio ad pauca utilis est, ἢ δι' ὑποβίου πρὸς πόνησιν ἀφελίμους ἔσθαι, in ἀρχαίαις ἔχουσι ζωῆς ἀφ᾽ ἑσῆς καὶ τῆς μελλούσης. Præter vero ad omnia utilis sit, promissionem habens vite huius & futura; 1. Tim. IV. 8. ideoque virtutis studium sibi habuit ante omnia commendatissimum: Inprimis pietatem, quæ fundus & fundamentum omnium reliquarum virtutum; cum qua conjunxit singularem modestiam, humanitatem, sobrietatem, castitatem, probitatem, & quas porro laudamus virtutes, eas omnes serio dilexit, & ex animo profectus est; & licet animus fortis, & imperturbatus ipsi non defecit, attamen cum omnibus, etiam se inferioribus, conversatus est pacifice, modeste, & humaniter, nec studio ququam unquam offendit. De Deo Academicæ noſtræ plures tales inprimis ex nobilitate generis etiam virtutis coronam coniungunt. Exiguum vero ejus fructum ille tandem coram mundo tulit (ut ad finem properemus); Nam cum lapsus anno 1683. die 6. Nov. St. N. sub vesperam quarta, præctis suis negociis, sobrius, & nihil mali cogitans (postquam eo ipſo die, ænam sequenti die sumendam secum cogitasset, sed alio aliquo impedimento prohibitus in sequentem septimanam distulisset) domum repetere velle obvius habuit quosdam sibi alias haud ignotos, videbaturque primum res ex joco agi, sed mox apparuit, quod à verbis ad arma veniret; Nam strictis ensibus res agebatur, donec Wallmoden noſter periculo sese subducturus accepto in collo vulnere, quod ad pulmonem usque penetravit, tandem sterneretur, & cum morte luctari inciperet. Nam sanguis in eam sinistri lateris partem copiose sese effundebat, & spiritum intercludebat: Superveniebat autem quidam meorum pius & honestus Studioſus, qui moribundum & gemebundum conspicuas, acclamavit agonisanti verba: Domine Iesu! Ich bin tot, ich bin gestorben. &c. Hæc Iesu! dir leb ich! dir sterb ich! dein bin ich tot! und lebendig: in quæ verba beatè exspiravit. Quæ matris facies fuerit cum primum interempti Filii nuntium accepisset, verbis exprimi æque non potest, ac Timanthes potuit pingere faciem parentis, cum Iphigenia staret ad aram jamjam immolanda pinxit ille velum ante patris vultum, quod crederet ejus sese dolorem & tristitiam coloribus exprimi non posse; vid Plin. XXXV. c. 9. Opus est etiam Noſtri Matri velo; Nam & illi ipsius erant affectus materni, qui verbis describi non poterunt, quare silentii spatium tegamus. Dicat illi Deus, quod Christus matri Nainitica, cum filium elatum feret, mulier, ne flet! Luc. VII. 13. Medici illico evocati vulnus inſpexerunt sollicitè, & fideliter ad Magistratum de eodem retulerunt. Inquisitionem quis cædem fecerit, penamque promeritam Inclyto nos Magistratu nostro committimus, qui hæcenus in utroque faciendo occupatus est & fuit. Deus ne imputet ad sui exitium auctoris, quisquis fuerit, quod fect, si scelus serio ad animum revocaverit, Deumq; deprecatus, rogaverit, ut ne suavisſimam noſtram Argentinam ejus sanguinis pœnas poscat, aut tristissimam occisi matrem sub hoc onere succumbere sinat. Metuendi sunt gemitus eorum, quos offendisti, & vindicem Deus habet oculum, punietque hic tum maxime cum videtur oblitus esse, punietque, nam severam homicidii pœnam comminatus est, & eo gravius, quo callidius hominum manus effugimus; aut tardius ille pœnam irrogat. Averte, justissime & sanctissime Deus, omnem ab Universitate noſtra sinistra famam, & opinionem, ne fructus noſtrorum laborum interceptiatur. Neque permitte, ut qui studiis dediti non sunt, graves sint iis qui una nobiscum literis operam dant, ne quod reliquum est boni, omnino auferatur. Effereat suavis splendida pompa, ut voluit pietissima mater cum suis, futuro die 3. Februarii, hora postmeridie. 1. ex ædibus sum Spiegel! & inferretur in ædem D. Thomæ, ut ubi corpus illustre tenet inferretur ibi, & quiescat, donec Deus aliquando dixerit, Dico Tibi: juvensi, surge! Luc. VII. 14. Adeste igitur Cives Academicæ! Id vero ut & nobis aliquando clementer dicat, devotè precamur! Scribebam Argentorati Anno M DC LXXXIV. die 1. Februarii St. N.

Excudebat JOSIAS STÆDEL Junior, Academia Typographus.

